



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Svmmvla Casvvm Conscientiae De Sacramentis**

**Gretser, Jacob**

**Ingolstadii, 1611**

Antipharmacum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40295**

Quæritur XVII. Vtrum peccata contra duo postrema Decalogi præcepta in Confessione sint enumeranda. Negat Lutherus in Tract. de Ratione confitendi, vbi ita scribit. *Ipsa Dei præcepta breuiter sunt inspicienda, in quibus sine dubio omnia peccata continentur, si recte intelligantur. Nec tamen hæc omnia, sed vltima duo prorsus à Confessione sunt excludenda. Confessio enim breuis esse debet, & eorum potissimum peccatorum, quæ præsentè mordent, vt dicunt, quæ mouent ad Confessionem.*

*Antipharmacum.*

Et tamen in Colloquiis Mensalibus monet absolute Lutherus, vt confessurus Decalogum percurrat, nulla noni & decimi præcepti exceptione facta. An concupiscere domum proximi sui; An desiderare vxorẽ eius, seruũ, ancillam, bouem, asinum, & alia quæ illius sunt, (quorum appetitionem vetat nonum & decimũ præceptum Catalogi in Catechismo Minore Lutheri) non sunt peccata in schola Lutheri: si vt supponitur, eiusmodi cupiditates sint voluntariæ? Si peccata sunt; ergo morbi sunt; ergo per Cõfessionẽ & absolutionẽ curãda.

Quæritur XVIII. Quomodo ipse Lutherus confiteri consueuerit. Respõdeo, hoc nobis explicari ab ipso Luthero in Colloq. Mensalibus Tit. *de Confessione: Meine Sünde/die ich beichte/ sind/dasß ich nicht zu vil bete/ auch Gott nit zu vil dancke/ vnd zu weilen zürne/ vnd Herzog Georgen fluche. Peccata mea, quæ confiteor, sunt ista: q̄ non nimis multũ orẽ: nec Deo nimis multas gratias agã, quodq; interdum irascar, & Duci Georgio maledicta dicam. De perpetua scortatione cum Moniali nullum verbum. Qua de caussa? Obsecro, cur Lutherus non obseruauit cõfitẽdi modũ, quẽ aliis præscripsit in Serm. Sympos. & in libro de Recta cõfitendi ratione? Qualis Lutherus furia fuerit*

fuerit, intelliges ex *Manſueto Luthero M. Conradi*; & quã diabolica conuicia in Inclytum Principem & Ducem Georgium exſpuerit; docebit te Anatomia D. Piſtorij, & meum HONORARIVM, quo Polycarpum Lauſerum cohoneſtaui. Quãm parcus orationis quintus hic Euangelista fuerit, ipſemet nobis exponit epiſt. 234. ad Melancthonem ſcripta ex fictitia Pathmo. *Octo iam dies ſunt, quod nihil ſcribo, neque oro, neq; ſtudeo partim tentationibus carnis, partim alia moleſtia vexatus.* Ibid. *Confundis ac diſcruciat me tua egregia iſta ſuſpicio mei; cum ego hic inſenſatus, & induratus ſedeam in otio, pro dolor parum orans, nihil gemens pro Eccleſia Dei, quin carnis mee indomite vrer magnis ignibus, &c.* quibus exſtinguendis ducenda fuit Borrha ſeu Porna.

Tom. I. Lat.  
Epiſt.

Quæritur XIX. Quis ſit optimus modus ſeſe ad Confessionem præparandi. Reſpondeo, hoc nobis inſigniter à Luthero explicatum dari in Tractatu de Ratione confitendi. *Tumultum illum diſtinctionum penitus abſcindat cõfeſſurus, qui paſſim celebratur, ſcilicet; quid per timorem malè humiliantem, & amorem malè accendentem, quid contra tres virtutes Theologicas, fidem, ſpem, charitatem; quid cõtra quatuor virtutes Cardinales; quid per quinq; ſenſus, quid per ſeptem peccata mortalia, contra ſeptem Sacramenta, contra ſeptem dona Spiritus ſancti, quid contra octo beatitudines, quid contra nouem peccata aliena, &c.* Iſte enim odioſiſſimus & ta-  
dioſiſſimus catalogus diſtinctionum inutiliſſimus eſt, imò noxius omninò.

### *Antipharmacum.*

MVLTO gratiæ Luthero, qui ſuis longè compendioſiorem confitendi rationem monſtrauit; quæ in hoc cõſiſtit, vt quis Confessionem vel omnino omittat, vel in ea, quæ lubet, percenſeat; quæ lubet, reticeat. Vel gene-

S ratim